



SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE  
SEU DE PROPAGANDA FIDE

DECRETUM

Sacrum Consilium Christiano Nomini propagando, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro PAULO Divina Providentia Papa VI tributarum, spirituali regimini Dioecesis Sciiachiamensis, vacantis per renunciationem Exc. mi ac Rev. mi Domini Laurentii Bianchi, providere cupiens, per praesens Decretum, Exc. mum ac Rev. mum Dominum Franciscum Xaverium Hsu, Episcopum tit. Horrensem, Administratorem Apostolicum ad nutum Sanctae Sedis memoratae Dioecesis Sciiachiamensis renunciavit, cum auctoritate ea omnia exercendi quae ad eiusdem Dioeceseos gubernium pertinent, juxta praescripta Sacrorum Canonum, necnon peculiare Instructiones huius Sacri Dicasterii et intra limites facultatum Ordinario praedictae circumscriptionis ecclesiasticae iam concessarum.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 30 mensis novembris a. D. 1968.



G. P. Card. Agagianian  
Praef.

+ Augustus Paredis  
a. S. S.

1968年11月30日教宗保祿六世委任徐誠斌主教為署理主教